

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Liberalitas z
cum fonte primo

Quemadmodum seua et acerbissima
crudelitas est que trahit penam, et
misericordie genus est cito occidere,

ita maior est muneris gracia quo minus
diu pependit.

Sicut in telis eadem ferri uis est
sed in infinitum interest utrum excusso
lacerto torqueantur an remissa manu
effluent,

ita idem quod datur sed interest
quomodo detur,

scilicet an tarde, an cito.

Seneca libro I. de beneficiis.

Quemadmodum acerbissima
crudelitas est, quae trahit poenam, et
misericordiae genus est cito occidere,
quia tormentum ultimum finem sui
secum adfert, quod antecedit tempus,
maxima uenturi supplicii pars est,
ita maior est muneris gratia, quo minus
diu pependit.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
2, 5, 3 (F. Préchac ed., vol.1, p.29).

Sicut in telis eadem ferri uis est,
sed infinitum interest, utrum excusso
lacerto torqueantur an remissa manu
effluent,
gladius idem et stringit et transforat,
quam presso articulo uenerit, refert;
idem est, quod datur, sed interest,
quomodo detur.

Lucius Annaeus Seneca, *De beneficiis*,
2, 6, 1 (F. Préchac ed., vol.1, p.30).

(non inuentus in hoc opere Senecae)